Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



172

repererim, hæc, ut vocant, verba formalia continens:
Generalitas Christiana agnoscat præsens et futura, n. 4.
quod Dominus Fridericus piæ Memoriæ de Reifenstein
agrum quemdam situm in Algundt, quem beneficiali
jure a Comite Tyrolensi detinebat, licentia et consilio,
permissioneque ejusdem Comitis Henrici et suorum Mi-
nisterialium, amicorum et Vasallum alio agro de suis præ-
diis commutavit, et manu præfati Comitis eundem agrum
pro remedio animæ suæ et omnium parentum suorum
sub Venerabili Præposito Hainrico Wilthinensis Cœno-
bii Fratribus et Sororibus, et Conversis, et nominatim S.
Laurentio, et omnibus, qui ibi die noctuque Deo servi-
unt, perpetualiter tradidit, quod factum, ut eo melius
ratum et firmum et sine contradictione omnium hominum
haberetur, secundario sub Comite Adalberto filio prædicti
Comitis Hainrici et sub Venerabili Præposito Dietrico, et
in præsentia Comitis Udalrici, D. Alberonis de Wangen, Hain-
rici Suppan, et aliorum, per quos omnia negotia Comitis
regebantur, est confirmatum, ita tamen, ut idem Comes
sit particeps in orationibus Fratrum et Sororum, et
sui antecessores. Et in sigillo sui signi impresso et testibus
subternotatis consolidavit ita, ut nullus secularium
vel spiritualium personarum eos in eodem prædio, quod
modo vinea et plantum dicitur, infestare vel inquie-
tare præsumat, et siquis in contradictione adire voluerit,
iram Dei, et bannum S. Petri Romæ, et Domini Aposto-
lici, et Episcopi Curiensis et Brixinensis, et S. Laurentij
et omnium Sanctorum incurrat. Et insuper hæc omnia
uncias auri triginta Comiti de Tyrol et Advocatis de
Loynan Henrico et Hildeprando, quibus eadem advo-
catia commissa est, persolvat. Et hujus rei testes sunt
Comes Udalricus de Pian (Eppan) D. Albero de Wangen,
Ministeriales Comitis. Hainricus Suppan, Conradus
Trutsun, Conradus Pincerna, et frater ejus Eberhardus,
Wasignus, Berchtoldus Danaxl, et frater ejus Engel-
marus, Heinricus Galant, Marquardus de Magis,
Rudolphus de Marningen, Rudolphus Madalle, illi de
Wettentall, Duringus, Albertus, Hainricus de Lanan, Hain-
ricus et Hildeprandus, et D. Albero Junior, Wilhelmus de
Velthurn, Swiccerus de Reichenberg, Hainricus de Vellin-
berg, Eppo Marsallus, D. Ninigo Plebanus in Algund, et
Cuno, et Conradus, et Bertholdus de Algund, et Conradus de
Platte, et Gerunt Serwicus de Montalbon et Swikerus